D. 13.

. 13.

DISPVTATIO IVRIDICA.

DE CONSTITVTIONE DEBITI, ET MAXIME LIQUIDI:

Quam

D. D. D. & D.

Sub præſidio,

Ampliſsimi Conſultiſsimi viri

DN. GEORGII DAVIDIS LOCAMERI, I.V. Doctoris & P.P. Pandectarum, Præceptoris ac fautoris ſui æternum venerandi:

Publica Cenſuræ ſubjicit

IDELIUS GEORGIUS GUNTHERUS, WESTPHALUS A. & R.

Ad diem Martij loco horiſq; conſuetis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

(:)

ARGENTORATI,

EXCUDEBAT PAULUS LEDERTZ,

Anno M. DC. XXVII.

Diſputatio Iuridica

DE

CONSTITVTIONE DEBITI
& MAXIME LIQUIDI

THESIS I.

DEbitum hic intelligo, non ſolum id quod ex obligatione deſcendit: ſed de omni actione omnique jure: tàm in rem quàm in perſonam; & ſive ex contractu vel quaſi, ſive ex delicto, vel quaſi oriatur. *pr. Inſt. de actio. l. 10. 11. de V. S.* TRIA requirit autem (1) PERSONAM. (2) CAUSAM (3) REM IPSAM. *Requiſita 3.*

2. Perſona ad contrahendum ſit habilis, & cum qua contrahi poſſit. Contrahere autem poſſunt omnes qui non prohibentur *arg. l. 28. §. 2. ff. ex quib. cauſ. mai.* & contrahendo tam ſe *l. 43. ff. de O. & A.* quam ſuos hæredes obligant *l. 12. 15. ff. de obl. & Act. l. 1. §. 3. C. de hared. acti. l. 35. §. 1. ff. de hared. Inſtit. l. 3. C. eod.* Niſi ſit ex maleficio pœnalis actio *§. 1. Inſt. de perp. & temp. act. l. 1. pr. ff. de delict. priv. l. 111. §. 1. ff. de reg. jur.* ſecus ſi ex dolo & maleficio aliquid ad eos pervenerit *d. l. 1. de priv. delict. l. 38. 44. ff. de reg. jur.* Vel ſi lis cum defuncto ſit conteſtata. *l. 26. 58. ff. de obl. & Act.* Vel ſi actio ex contractu deſcendat. *l. 12. 49. de obl. & Act. l. 121. §. fin. ff. de V. O.* Contrahentes ipſi quales ſint ſi ex re actio veniat, non opus inveſtigare, cum nemini liceat cum alterius damno locupletari. *l. 206. ff. de R. I. l. 11. ff. eod.* Nec actori quid poſſit imputari, cum non ſpontè contraxerit. *l. 19. ff. eod.* & ne in aliena ſit poteſtate, conditionem nihil delinquentis facere deteriorem. *l. 2. ff. quod vi. aut clam.* *1. Perſona.*

3. Qui autem contrahere, prohibentur, illorum quidam in totum, quidam non niſi ſub certa conditione, quidam in certis caſibus, in certis caſibus non prohibentur; & prohibentur *alij* (1) ob *Contrahere quem prohibet.*

ob ætatis rationem; *alÿ* (2) propter animi; *alÿ* (3) propter corporis vitium; *alÿ* (4) propter ſtatum; *alÿ* (5) ob privilegium; *alÿ* (6) propter ſexum; alii ob aliam cauſam.

1. ætas 4. (1) Ob ætatis rationem impuberes, & quidem primò infans quem uſque ad ſeptimum annum *l.18.in pr.C.de iur.deliber. l. 14.ff. de ſponſ.* infantiæ imbecillitas habet *l 1. C. ſi ſec. nupſ. mul.* neque abs re ſua neque in rem ſuam paciſci poteſt *arg.l.5.ff.de reg. jur.* quia nullum intellectum nec animi judicium habet §. *1.Inſt. quib. non.eſt perm. l.70.ff.de V.O.l.12.ff. ad l.Corn. de Sicar.* & ætas eius quod videt ignorat *l.1.V. impuberes.C.de fals. monet.* Vt ideò nulla obligatio dari poſſit, ne quidem ex delicto quæ ex eius perſona initium capiat §.*18. de obl.ex delict. l.13.ff.de dol. mal.* Infantiæ proximi, ſeptennio maiores, qui ex benigniori juris interpretatione, alios ſibi obligare & conditionem ſuam meliorem facere, etiã ſine tutore, promittere vero vel obligari niſi autore tutore non poſſunt. *pr. Inſt. de aut.Tut.§.9. Inſt. de inutil. ſtipul. l.1.§.13. l. 43.ff. de obl.& act.l.5.de ff.R.I.* Pubertati proximus, qui exceſſit decimum cum dimidio, alios quidem ſibi ad inſtar ſuperioris, ſe autem aliis, quoad ſuam perſonam, obligare abſque Tutoris autoritate non poteſt *l.5.in pr.& §.1.l.9.ff.de aut.tut.l. 13.§.29.ff.de act.empt.* reſpectu tamen tertii ſubſiſtit obligatio, *l.172.ff. de O.V.* Quod ſi auctoritas tutoris ritè *l.2.ff.de aut.tut.& purè l.8.ff.eod.* intervenerit obligatur pupillus *l. 13.ff. eod.* Sin minus pupillus non ſolum non civiliter. *l.43.de O.& A.* Sed nec naturaliter obligatur. *l.59.ff eod. l.41. ff.de condict.indeb.* (Intellige autem obligationem naturalem cognitam jure civili & effectu aliquo munitam) Niſi pupillus factus ſit locupletior §.*fin.Inſt.quib.alien.lic. l.19.§.1.ff.de reb.cred.* Niſi dolo malo in re aliena fuerit verſatus *l. 13.ff.de dol. mal.* Niſi ex re veniat actio *l.46.ff. de O. & A.*

2. Animi vitium. (2) 5. Animi vitium impedit obligationem, ut Furor & prodigalitas. *l.40.ff.de R.I.l.2. C.de cont. emt. & vend.* furioſi enim cùm loco abſentis habeantur. *l.2.§.3.ff. de jur. Codicil.* nihil agunt. his addo mente captos §. 4. *Inſt. de curat.* In iis tamen caſibus quis obligatur furioſo, in quibus nobis ignorantibus acquiritur actio. *l.24.per tot.ff.de obl. & Act.* E. contrario interdum furioſus obligatur, *l.3.§.5.ff.de Neg.geſt.* & ſi ex re actio venit *l.40.ff.de O. & A.* & ſi

locu-

locupletior factus *l. 3. §. 1. ff. de trib. act.* Prodigi *l. fin. §. 1. C. de ſent. paſſ.* non obligantur niſi conditionem ſuam faciant meliorem *l. 20. ff. de contrah. emt. l. 12. ff. de uſucap. l. 6. ff. de V. O.* Huc refero adoleſcentem luxurioſum, quem ſciens nemo ſibi obligat *l. 12. §. 11. ff. mand.* & mulierem luxurioſam *l. 15. ff. de cur. furioſ.*

6. (3) Ob corporis, vitium prohibetur mutus & ſurdus ſtipulari, & alios quoſdam contractus iniri *§. 7. Inſt. de in util. ſtip. l. 1. §. 14. ff. de obl. & Act. l. 1. pr. ff. de V. O.* quam vis alias regulariter paciſci poſſit, ſi quoquomodo ſciat & in telligat, quid agatur. *l. 4. §. 1. ff. de pact. l. 48. ff. de O. & A.* 3. *Corporis vitium.*

7. (4) Ob ſtatus ratioń prohibetur filiusfam. quia eſt in poteſtate. *§. l. 3. Inſt. de patr. poteſt.* Filiusfamilias enim etſi ex omnibus cauſis aliū ſibi obligat & obligatur. *l. 58. §. 2. ff. pro ſocio. l. 39. 49. ff. de Obl. & Act.* Aliud tamen eſt ſi cum patre contrahat, niſi id ratione peculii fiat *§. 12. Inſt. de obl. quæ ex deli. naſc. §. 6. Inſt. de nox. act. l. 7. ff. de O. & A.* huius enim reſpectu, & uſque ad huius quantitatem ubicunq; obligatur *l. 1. §. fin. l. 2. ff. de SCto. Maced.* Nec ex cauſa mutui principaliter contracti, propter de ficientem juris auctoritatem efficaciter obligatur, ſed exceptione SCti Maced. tutus eſt, tam ipſe. *l. 1. pr. l. 7. §. 14 ff. ex quib. cauſ. in poſ.* quam eius pater ſive illum adhuc in poteſtate habeat, ſive morte aut emancipatione patris exierit. *§. 7. Inſt. quod. cùm eo qui in alien. pot.* adeò ut etſi nummos ſcienter & ſpontè a ſe ſolutos, non repetat. *l. 7. §. 15. ff. de SCto. Mac. l. 7. C. eod.* a filio tamen ſolutos ſi adhuc extent. *l. 14. ff. de reb. cred.* vendicare & condicere poſſit. *l. 9. §. 1. ff. de SCto Mac.* ſi conſumpti ſin t; quod filius ipſe, ut naturaliter obligatus *l. 10. ff. d. t.* non poteſt. *l. 9. §. pen. ff. eod. l. 26. §. 9. l. 40. pr. ff. de cond. ind.* Nec ſolum in filio, ſed & filia *l. 9. §. 2. ff. de SC. Mac.* nepote & nepte locum habet *l. 14. ff. eod. l. 6. §. 1. C. eod.* quemadmodum & quod de patre diximus, de avo intelligimus *d. §. 7. Inſt. de in util. ſtip.* Secus ſe tamen habet, Vel ex perſona Patris vel Filii. Patris ut ſi juſſus, voluntas, vel rathibitio adfuerit *l. 7. §. 11. & 12. l. 9. §. 3. ff. eod. l. 2. 4. 5. l. fin. pr. C. eod.* aut ſi certior factus contrariam teſtationem omiſerit. *l. 16. ff. eod.* aut ſi ad neceſſarios ſumptus quos patris pietas non recuſaret verſa *d. l. 5. 7. §. 12. 13. l. 17. ff. de SC. Mac. l. 5. §. 8. de jur. dot. l. 2. C. ad SC Maced.* vel in rem patris. *l. 7. §. 12. ff. eod.* Filii ut ſi patremf. 4. *Status ratio.*

 ſe ſi-

ſe ſimulaverit vel mentitus fuerit *l. 1. C. eod.* vel ſic egerit ſic contraxerit, ſic muneribus functus fuerit, creditor conditionem eius neſciens, exinde patremfam. crediderit. *l. 3. pr. §. 1. 2. l. 19. ff. eod.*

8. (5) Ob Privilegium, civitates, univerſitas, Collegia, Capitula, non ſemper efficaciter obligantur: vel enim illi, qui civitatem &c. repræſentant, ut ſolus conſul, prælatus, Abbas, Oeconomus, Syndicus, vel aliqua ſaltem membra contrahunt & ſi tunc à creditore pecuniã verſam in rem civitatis &c. probatur, efficaciter obligantur. *l. 27. ff. de reb. cred. c. ea enim. cum. Conſt. 10. quæſt. 2. Nov. 120. c. 6. §. fin. Auth. hoc jure in fin. C. de SS. Eccleſ.* ſin minus, ſoli, qui contraxerunt, tenentur. *d. l. 27.* non ex mutuo, quod cum illis non contractum, ſed condictione ob cauſam dati, causâ non ſecutâ. Vel omnes qui civitatem, &c. repræſentant vel univerſa & ſingula membra contrahunt: & tunc indifferenter civitas &c. obligatur. *arg. l. 27. de reb. cred.*

9. (6) Ob ſexus rationem mulier pro alio mutuum ſumere non poteſt, propter. SC. Vellejanum *l. 2. §. 1. ff. ad. S. C. Vellei.* licet pro ſe ſumere, alioſque contractus celebrare. *l. 15. C. de uſur.* & pro alio ſciens SCto. ſe munitam ſolvere *l. 9. C. ad SC. Vellei.* poſſit, quin & ſive re, ſive verbis, ſive quocunque alio contractu mulier interceſſerit, modo aliquid in fraudem SCti. excogitatum fuerit. *l. 8. §. 6. l. 29. §. fin. l. fin. §. 3. ff. eod.* SCto. huic locus eſt. *l. 2. §. 4. ff. eod. l. 18. C. eod.* Succurritur autem mulieri ex hoc SCto. vel ope exceptionis, ſi nondum ſolverit. *l. 6. 7. §. 2. ff. ad SCtum Vellei. l. 2. 8. 16. C. eod.* vel replicationis *l. 17. §. 1. l. fin. §. 2. ff. eod.* ſed ſi ſolverit, ignorans beneficio ſe tutam, ope condictionis. *l. 40. in pr. ff. de cond. indeb. l. 8. §. 2. 3. l. 31. ff. ad SCtum Vellei. l. 9. C. eod.*

10. Sortitur tamen interceſſio mulieris efficaciam quandam, idque fit quatuor modis. (1) Ex perſona mulieris. Vt ſi in rem eius ſit, vel non fiat pauperior. *l. 21. in pr. ff. ad SC. Vellei.* ſi pretio accepto fidejubeat, idq; vel in Inſtrumento ſcriptum ſit tribus teſtibus conſignato, vel a creditore probatum. *l. 23. C. eod.* ſi decipiendi animo interceſſerit. *l. 2. §. 3. l. 23. l. 30. pr. ff. ad SC. Vell. l. 5. l. 18. C. eod.* ſi cauſam debito dederit, ut ex ſuſcepta tutelâ, adminiſtratione, re geſtâ. *l. 19. §. 1. 2. ff. eod. l. 6. pr. C. eod. auth. matri & aviæ. C. quand. mul. tut. off. fung.* Imo ex adminiſtratâ à matre tutelâ, ſi mulier

lier ad ſecundas convolet nuptias, etiam mariti ſecundi bona jure pignoris obligantur. *l.5. C. in quib.cauſ. pign. vel hypoth. tac. cont.* (ideoq; cave tibi qui cum vidua tali contrahis *ex Bl.Gail.2.obſ.90. num. 2.*)

11. (2) Vel ex perſona eius pro quo interceſſit, efficaciam ſortitur: ut ſi pro fidejuſſore, vel creditore ſuo ſe obligavit, vel à creditore ſuo ſe, vel debitorem ſuum obligari paſſa eſt. *l.13. ff.l.2.C. ad SC.Vell.* vel à creditore ſuo delegata promittat pro eo, cui delegata eſt. *l.24.pr.ff.eod.* vel pro eo, quem creditori ſuo delegavit, interceſſit. *l.27.§.fin.ff.eod.* vel ſi ei pro quo interceſſit hæres extitit. *l.8.§.13.ff.ad SC. Vellei.* *2. Ex perſona eius pro quo interceſſerit.*

12. (3) Vel ex modo intercedendi, ut ſi uxor ex liberalitate vel miſeratione ducta, pro marito debitore ex carcere vel arreſto liberando, vel patre condemnato, intercedat. *l. 21.§.1.ff.eod.* cum donare videatur. *l. 4. §. fin. ff. eod.* ſi pluries vel poſt biennium iterum ſe, ſed non pro marito obligarit. *l. 22. cum authent. ſi qua mulier.C.ad SC. Vellei.* ſi renunciando SCto. interceſſerit. *l.ult.§.4. ff. eod.* *3. Ex modo intercedendi.*

13. (4) Vel deniq; ex re, ob quam interceſſit, ut in cauſa libertatis. *l.24.C. ad.SC.Vell.* & in cauſa dotis. *l.12.& fin. C. eod. l.41. pr.ff.de jur.dot.* Delicta quod [attinet], furto uxor marito ob res ſubreptas non tenetur, ſed rerum amotarum *t.t. ff. & C.rerum amot.* *4. Ex re ob quã interceſſit.*

14. Sufficiant hæc de 1. requiſito *Perſonis nimirum contrahentibus*, videndum nunc erit, quid in noſtrum veniat debitum & ex qua cauſa veniat ubi Tria veniunt conſideranda. (1) *Res* (2) *rei quantitas* & (3) *certa obligationis cauſa.* (1) *Rem petitam* quod attinet eſt illa varia: eſt enim vel ita cuiuſq; , ut non ſit alterius, nec amplius eius, cuius eſt, fieri poſſit: vel extra patrimonium noſtrum eſt, & nobis debetur. *l.23.ff.de reg.jur.* Illæ res quæ cuiuſq; ſunt, conſiſtunt, (1) vel in Perſona, vel (2) extra perſonam in rebus. *1. Res debita & ex qua cauſa. Res in patrim vel extra patrim. illa In perſona Vel extra.*

15. In perſona conſiſtunt ſeqq: (1) *vita* (2) *Incolumitas corporis,* (3) *libertas* (4) *Exiſtimatio.* Circa (1) *auferendo*, Auferendo enim vitam ſive cæde, ſive veneno, ſive inediâ, ſive incantamentis & aliis modis, ſi dolo malo fecerit, tenetur ad hoc factum (1) L. Pompeia de Parricidiis. filium, filiam, nepotem, neptem, *In perſona 1. Vita*

patrem

patrem matrem, avum, aviam, *l. 1. ff. ad l. Pomp. de parric. l. 1. ff. l. 9.* *C. eod. tit.* 131. Peinl. Halßgerichts Ordnung/ *Car. V.* (2) *L. Corn. de ſicariis & veneficiis* ſi quemvis alium *t. t. ff. & C. ad l. cor. de ſicar.* (3) Ex l. Aquilia quis tenetur ſi dolo malo occiderit, ſive ſine dolo ex incuria forſan, vel alia culpa *t. t. ff. C. & Inſt. ad l. Aquil.*

2. *Corpus.* 16. Circa (2) *lædendo* Incolumitatem corporis pulſatione & vulneribus tenetur quis & civili actione ex l. Cornelia de Injuriis. *l. 5. ff. de Injur.* & Criminali. *l. fin. ff. eod.* & actione l. Aquiliæ. *l. 7. & paſſim ff. & C. ad l. Aquil.*

3. *Libertas.* 17. Circa (3) Minuendo libertatem quis ſe obligat, cum prohibet aliquem ea facere quæ juris publici, puta rebus communibus uti, ut communibus. vel quod ei alias licet, ut privatus rebus uti, ut ſuis, & tenetur præter eas actiones quæ ſunt, de rebus noſtris & jure noſtro defendendo conſtitutæ injuriar. *l. 13. §. 7. ff. de Injur. l. 2. §. 9. ff. Ne quid in loc. publ. l. 25. ff. de act. empt.*

4. *Exiſtimatio.* 18. Circa (4) Violando exiſtimationem conviciis, probris, famoſis libellis & obligatur quis & tenetur injuriarũ tam civiliter quam criminaliter. *§. 1. Inſt. de Injur. l. 1. §. 1. l. 5. §. 9. l. fin. & paſſ. ff. & C. de Injur. l. un. C. de fam. libell.* Reichs Abſcheid Nürnberg. de anno 1524. §. als auch. Item Augſpurg/ Anno 1548. §. Wiewol wir auch &c. §. ferner ſetzen &c. Item R. A. zu Speyr/ Anno 1590. §. zum andern ſoll auch &c.

Extra perſonã ſunt res in dominio noſtro vel nõ. 19. Extra perſonam ſunt res Externæ, quæ ſunt in dominio noſtro vel quaſi. Illarum ſumus poſſeſſionem nacti, vel non. Illarum rerum quarum poſſeſſionem nacti, ſumus domini, vel per modos. *Tit. Inſt. de Rer. div. & paſſim. ff. de acquir. rer. dom.* vel per ſingularem titulum, ut donatio. Legatum & fidei comiſſum, uſucapiorem, vel præſcriptionem. Vel per Univerſalem Titulum, qui tum vel exteſtamento, vel ab inteſtato. *§. fin. Inſt. per quas perſ. l. 1. §. 3. ff. de hered. petit l. 70. ff. de aqui. vel amitt. hered. l. 6. §. 2. ff. quæ in fraud. cred.* huncq; vel jure Civili per hæreditatem. *tt. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt Nov.* 118. Vel jure prætorio per bonorum poſſeſſionem. *l. 3. §. 2. ff. de bon. poſſ. l. 1. & t. t. ſi tab. teſtam. null. ext. vnd. lib.* domini harum rerum dicimur, & res illæ nobis ſine facto noſtro non poſſunt auferri. *l. 11. ff. de reg. jur. l. 6. de reb. alien. non alien.* Si vero auferatur competunt Rei vindicatio. *l. 1. pr. §. 1. & fin.*

fin. ff. de rei vind. Publiciana *l. 1. pr. ff. de publ.* Reſciſſoria §. 4. *inſt. de act. l. 35. pr. ff. de O. & A.*

20. Huius autem dominii ſunt *adhærentia quinque* (1.) jus tenendæ poſſidendæq; rei. Ubi is nobis obligatur, qui nos à poſſeſſione dejicere vel deturbare tentat. Cujus ſunt remedia. (1) Remedium. *l. 5. C. de ingen. & manum.* (2) vel poſſeſſorium momentaneum Implorato officio judicis, pro decernendo mandato de non turbando, (3) vel interdictum uti poſſidetis *l. 1. ff. uti poſſid.* (4) Vel interdictum quod vi aut clam. *l. 1. ff. quid. vi. aut clam.* (5) vel interdictum unde vi. *l. 1. pr. §. 1. 2. & paſſ. ff. de vi & vi arm.* (6) vel interdictum ne vis fiat, ei qui in poſſeſſionem miſſus. *l. 1. §. 2. ff. Ne vis fiat. &c.* *Hujus dominii adhærentia. 5.* *1.* *Ius tenendæ poſſidendæq; rei.*

21. (2) Incolumitati tuendæ, accomodata ſunt remedia, quibus ſuccurritur damnis & incommodis, quæ hanc incolumitatem lædunt, & ſic cauſa, in hac parte obligationis ſunt. Inferuntur autem rebus noſtris, aut (1) ab hominibus, aut (2) ab animalibus brutis, aut (3) à rebus in animatis. *Primo* caſu (1) ab hominibus. Si corrumpantur mores illorum, quos in poteſtate habemus, ut ſervorum, eſt actio de Servo corrupto. *l. 1. ff. de ſerv. corr.* filiorum verò vel filiarum, eſt actio utilis. *l. 14. in pr. ff. eod.* & injuriarum. *l. 26. ff. de injur.* *Secundo* caſu. (2) ab animalibus brutis, ſi rebus noſtris nocitum eſt, actio competit ex l. XII. Tab. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. *l. 1. in pr. ff. ſi quadr. pau. fec. dic.* *Tertio* caſu (3) à rebus inanimatis, aut (1) ab iis, quæ cadunt ex alienis ædibus. Aut (2) ab ædibus ruinoſis in id, quod noſtrum eſt, incidentibus. Primo caſu competit actio de his, qui effuderint, vel dejecerint. *l. 1. ff. de his qui effud.* Altero *l. 7. §. 1. 2. 8. l. 9. §. 2. de damn. inf.* nobis proſpicitur: ſi vero ruina nondum facta, metuenda tamen: Prætor Edicto quod eſt in *d. l. 7.* proſpicit. Aut (3) ab opere quod quis facit in noſtro, vel ſuo: In noſtro, ſi futurum eſt, datur *novi operis nunciatio*: ſi factum eſt, reſtituitur *Interdicto quod vi aut clam*, & aliis, quæ proponuntur in *l. 1. §. 1. ff. de op. nov. nun. l. 1. ff. quod vi aut clam.* Quod ſi quis in ſuo facere præſumit, quo facto futurum ſit, ut aqua pluvia citatior, maior & vehementior fluat, atque ſic agro noceat, actione *de aqua vel aquæ pluviæ arcendæ tenetur.* Quod ſi opus fecerit, quod vi aut *2. Ius incolumitatem tuendi. Infertur vero damnum. 1. ab hominibus. 2. Ab animalibus brutis. 3. A rebus inanimatis. idq; triplic 1. Ab iis quæ cadunt ex alienis ædibus. 2. Ab ædibus ruinoſis. 3. Ab opere idq; dupl. in noſtro vel ſuo.*

clam

clam agendum erit, de eo quod poſt ſententiam judicis futurum eſt, damni infecti cavere oportet, vel ita opus reſtituendum, ut nullum periculum damni ſuperſit. *l. 1. §. 1. 2. l. 14. §. 2. 3. ff. de aqu. & aq. plu. arc.*

3. Vſusfructus impeditur dupliciter. 22. (3) Tertium adhærens eſt uſusfructus qui à Dd. cauſalis dicitur & dominio conſolidatus, eiusq; reſpectu nobis obligatus quis, ſi uti frui nos non ſinat, ſed moleſtus ſit nobis. Aut *vi & manu*, aut *opere*. Priori caſu (1) vi & manu veluti ſi quis me in meo liberè verſari agrum arere, fructus colligere, aut avehere, in meo ſolo ædificare prohibeat. *l. 25. ff. de act. empt. l. 3. §. 2. 3. ff. uti poſſid. l. 3. §. 4. ff. de vi & vi arm.* Poſteriori caſu (2) opere veluti inferendo quid in meum ut fimum & rudera, item fodiendo, ædificium moliendo, vel ipſo facto ædificando. *l. 11. ff. de vi & vi arm.* Utriusque nomine communia remedia (1) Mandatum de non turbando implorato officio judicis. (2) Interdictum uti poſſidetis. *l. 8. §. 5. ff. ſi ſerv. vind. l. 1. §. 6. ff. uti poſſ.* (3) Interdictum de vi & vi armata. *l. 3. §. 14. 15. 16. ff. de vi & vi arm.* (4) Actio injuriarum *d. l. 25. ff. de act. empt. l. 13. §. 7. ff. de iniur.* (5) Negatoria *l. 2. in pr. l. 8. §. 5. ff. ſi ſerv. vind.* Adverſus opus autem ſi futurum eſt: novi operis nunciatio. *l. 1. pr. §. 1. ff de nov. oper. nun.* ſi præteritum interdictum quod vi aut clam, competit *d. §. 1. l. 11. §. 5. ff. quod vi aut clam.*

1. Vi & manu. 2. Opere.

4. Ius arcendi ab hoc uſu. 23. (4) Quartum adhærens eſt, jus ab hoc uſu arcendi, quoslibet, cauſam hanc obligationis patitur, quod ſi quis noſtrum fundum venandi, aucupandive, vel alterius facti gratia ingrediatur, prævidentes prohibere poſſumus ne ingrediatur, *l. 3. §. 1. l. 5. §. 3. ff. de acquir. rer. dom. l. 5. §. 1. l. 16. ff. de ſerv. ruſt. præd. §. 12. Inſt. de rer. div.* & quidem vim vi, armatum armis repellendo. *l. 1. §. 27. l. 3. §. 9. ff de vi & vi arm.* Quod ſi nihilominus ingrediatur, interdictum quod vi aut clam locum habet *l. 21. §. 3. ff. quod vi aut clam* Item pro ratione caſus ex l. Cornelia. de injuriis agi poteſt *l. 5. §. 3. 4. 5. ff. de injur.*

5. Ius alienandi diminuendi. 24. (5) Quintum adhærens dominii eſt jus alienandi diminuendive quod tum competit, cum neque in totum nobis detractum *l. 7. C. de reb alien. non alien. tt. X. de reb. Eccleſ. non alien. & in 6. & in clement. eod. tit. & Inſt. quib. alien. lic. vel non.* Neq; ad tempus,

tempus, ut ſit in rebus communibus propter communionem *l. 1. 2. 3. & ſeqq. C. de comm. rer. alien. l. 13. ff. fam. erciſ.* & duo involuit, ut liceat alienare ſi velit, ſi verò nolit ad hoc cogi non poſſit. Quod ſi quis in primo ingrediatur, quia fortè tertius rem illam detinet, pro ratione cauſæ obligationis habet. Vel (1) interdictum quod admodum commodum *l. 24. ff. de Rei vind.* Vel (2) rei vindicationem *l. 36. in pr. ff. eod.* Vel (3) condictionem furtivam *l. 7. §. 1. & paſſ. de cond. furt.* In ſecundo obligatio oritur, (1) Quod metus cauſa. *l. 1. ff. quod met. cauſ. l. 3. 4. 5. 6. C. eod.* Vel (2) dolo circumductus, ut alienaret ubi de dolo agendum. *l. 1. §. 1. l. 23. ff. de dol. mal.*

25. Hactenus de dominio cum poſſeſſione coniuncta, & obligationum cauſis. Quæ vero ſint cauſæ obligationum, quando res nondum tradita, nec ejus poſſeſſionem nacti ſumus, ſed penes tertium & tamen noſtra eſt videndum erit. Harum obligationum cauſæ ſunt vel ſingulares vel Univerſales. *Illa* ſunt (1) Donatio inter vivos: (2) Donatio mortis cauſa, (3) legatum & fideicommiſſum. In donatione ſi res tradita ſit, is cui res tradita, efficitur dominus. *l. 6. 13. 25. 33. §. 1. 3. ff. de donat. §. 41. Inſt. de R. D. l. 9. §. 3. ff. de acq. rer. dom.* Verum de eo caſu hic non loquor: ideoq; ſi res nondum eſt tradita, donatio facta eſt vel ſtipulatione, *l. 2. §. 3. 4. l. 20. §. 1. ff. de donat. l. 9. 22. 35. §. 5. C. eod.* vel verbali promiſsione *l. 6. 35. C. de donat.* poſt huc pertinet, & pro ea competit actio condictitia *ex l. 35. C. de donat. Nov. 162. c. 2. in fin.* quæ utilis in rem qualis ea, quæ eſt, in *l. 3. C. de donat. quæ ſub. mod.* (2) legatum recta via, ab eo, qui legavit, ad eum, cui legatum eſt, tranſit. *l. 64. ff. de furt.* Ideoq; pro ea competit actio in rem ſive rei vindicatio *l. 178. §. 2. ff. de V. S.* adverſus quemcunq; poſſeſſorem *l. 25. pr. ff. de O. & A. l. 69. §. 1. ff. de leg. 1. l. 1. C. comm. de leg.* & hypothecaria ſive utilis ſerviana *d. l. 1.* *Ilæ* Univerſales cauſæ ſunt, hæreditas & bonorum poſſeſsio: quorum illa, jure civili defertur vel teſtamento vel ab inteſtato. *l. 24. ff. de V. S. l. 62. ff. de reg. jur. §. fin. Inſt. per quas perſ. adqui. l. 1. 3. ff. de pet. hæred. l. 70. ff. de acq. vel omitt. hæred. Nov. 118.* Hæc Jure prætorio defertur vel ſecundum, vel contra Tabulas vel ab inteſtato. *l. 1. pr. 1. ff. quis. ord. in bon. poſſ. obſerv.* Pro conſequenda hæreditate & rebus hæreditatis,

1. Cauſa obligationū rerum non dum traditarum ſunt dupl.

1. Singulares

2. Univerſales.

competunt tàm civiles, quàm prætoriæ; tàm univerſales quam particulares, tam reales quam perſonales actiones, quales ſunt: (1) petitio hæreditatis. *l. 9.* 10. ff. *de pet. hered.* (2) ſi pars hereditatis petatur. *l. 1. pr. &* §. 1. ff. *ſi par. hered. pet.* (3) poſſeſſoria hæreditatis petitio *l. 1. 2.* ff. *de poſſ. hered. pet.* (4) Fidei commiſſaria hereditatis petitio *l. 1. 2.* ff. *de fideic. hered. pet.* (5) Familiæ herciſcundæ. *l. 1. pr.* §. *1.* ff. *fam. herciſ.* (6) Edictum. *l. 3. C. de Edict. D. Had. toll. & ſimiles.*

Quaſi dominii ſpecies. 26. Hæc de dominio, & quomodo nobis quis hujus reſpectu obligetur: quoniam autem ſupra enumerata dominii adhærentia tùm ſunt dominii, niſi quid horum vel ipſi ademptum, vel à domino in eo imminutum, *l. 7. C. de reb. alien. non alien. & ſim.* Quod ita autem in alterius dominio imminutum, illud etiam interdum ad alios transfertur, & jus quod exteri in rebus noſtris obtinent, vel quaſi dominium dicitur, cujus ſunt quinq; ſpecies. (1) Jus Emphyteuticarium, (2) jus ſuperficiarium, (3) Bonæ fidei poſſeſſoris, (4) pignus, (5) & ſervitus.

1. Jus Emphyteuticarium 27. (1) Juris Emphyteutici ratione obligantur nobis quivis poſſeſſores, contràq; eos nobis actio, ſi ager vectigalis, competit, etiam adverſus ipſum dominum. *l. 1.* §. 1. *ff. ſi ag. vect.* qui tamen ſi tertio vendiderit eiq; tradiderit, potior ille erit, & ſic ſolùm ad intereſſe agi poterit *arg. l. 15. C. de R. Vind.*

2. Superficiarium. 28. (2) Ex ſuperficiario jure, non prout debebat, nobis ſalvo relicto, quomodo quis obligetur, & quæ actiones competant, *de hoc vid. l. 1.* ff. *de ſuperf. add. l. 73.* §. *1. l. 74. 75.* ff. *de Rei vind.*

3. B. f. poſſeſſoris. 29. (3) Jus Bonæfidei poſſeſſoris. Vt (1) poſsidendi, (2) uſucapiendi, (3) fructus percipiendi, (4) perceptos ſuos faciendi. Habet præter interdicta etiam publicianam in rem actionem, ſi nondum uſuceperit. *l. 1. pr.* §. *1. l. 7.* §. 11. *& fin. l. fin. de pub. in rem. act.* de fructibus perceptis necdum conſumptis ſed adhuc extantibus ſubtiliter & utiliter *Don. 4. com. 26.*

4. Pignus. 30. (4) Pignus ſive hypotheca, eſt jus retinendi diſtrahendive pignoris *l. 9.* §. *2. l. 35.* §. *1.* ff. *de pig. act.* omne enim jus pignoris poſitum in ſecuritate & cautione. Ad diſtractionẽ autẽ pignoris pertinet denunciatio. De pactione de non alienando interpoſitâ In executione huius juris eſt oblatio & prælatio. *de illa. tit. C. de his*

qui

qui in pr. cred. loc. de hac *tit. ff. & C. qui pet. in pign.* pro iſta & hac competunt actio pignoratitia contraria. *l. 54. ff. de fidei. & mand. l. 9. pr. l. 16. §. 1. l. 36. §. 1. ff. de pign. act.* Actio Serviana & quaſi ſerviana ſeu hypothecaria §. 7. *Inſt. de action.*

5. Servitus eſt Perſonalis

31. (5) Servitutes quod attinet, ſunt illæ vel perſonales, vel Reales: Perſonales ſunt uſusfructus & uſus. Pro uſufructu ſi ab initio me uti volentem prohibuerit, Actio confeſſoria. *l. 5. ff. ſi uſusfr. pet.* Quod ſi poſſidentem te vi deiecit, vel cum exiiſſes redeuntem non admiſit, interdicto unde vi experiri debes. *l. 3. §. 13. ff de vi. & vi. arm.* uſus eſt vel ædium, vel fundi, vel pecoris, vel ſervi. *l. 3. §. 1. l. 9. §. 2. l. 12. ff. de uſu. & habit. l. 5. ff. de oper. ſerv.* eandem obligationis patitur cauſam, & eadem habet remedia, quæ uſusfructus. *l. 2. in pr. ff. ſi ſerv. vind.* In Realium Servitutum jure videndum, an quis poſſideat: quod ſi tum turbatur, habet implorationem officij judicis pro mandato de non turbando, fundato ſuper interdicto uti poſſidetis decernendo; atque ſic poſſeſſorium momentaneum, & ſi hoc uti nolit, habet interdictum uti poſſidetis, *l. 8. §. 5. ſi ſerv. vind. l. 1. §. 6. 8. ff. uti poſſ.* vel num poſſederit & deiectus fuerit, competit interdictum unde vi. *l. 3. §. 1. & ſeqq. ff. de vi & vi arm.* vel non poſſidet nec poſſedit, & tum datur actio confeſſoria & negatoria, *l. 2 in pr. ff. ſi ſerv. vind.*

Vel Realis.

Debitum proprium, eiusq; cauſa. Triplic.

32. Hæc de rebus quæ cuiuſque ſunt, quomodo circa eas obligationes dentur, & ex his actiones; Sequitur ut videamus quid illud ſit quod cuiuſque debetur, & quæ in eo debiti cauſæ. Res quæ in obligationem propriè ita dictam deducitur, continet Tria *l. 5. 6. ff. de V. S.* (1) Rem in ſpecie, (2) factum, (3) pœnam.

1. Res.

33. (1) Rem quod attinet, opus eſt, ut ſit in commercio hominum *l. 1. §. 9. ff. de obl. & act.* Vel Creditoris, vel eius cui obligatio acquirenda, cum aliàs tantummodo eius, quod interfuit ratio habeatur. *d. §. 2. Inſt. de inutil. ſtip.* non vero acquirentis, cuius tamen pretium ſtipulari licet. *d. l. 2.*

2. Factum

34 (2) Factum quod attinet requiruntur quinq; (1) Ne ſit contra bonos mores *l. 4. C. de inutil. ſtip.* (2) Ne ſit turpe §. 23. *Inſt. de inutil. ſtipul.* (3) Ne ſit impoſſibile *l. 1. §. 11. l. 31. ff. de V. O.* (4) Ne à jure communi remotum. *l. 7. §. 15. ff. de pact.* (5) Ne ſit alienum §. 3. *Inſt. de inutil. ſtipul.*

35. (3) Pœnæ quæ ſunt, in contractibus, ut eius quod intereſt. *l.* 38. §. 17. *ff. de V. O.* vel in delictis, & ſunt, vel non capitales, vel capitales illæ, ſunt vel, coërcitio corporis relegatio, & exilium, & pecuniaria pœna. *l.* 12. §. 4. *ff. de accuſat.* hæ. ſunt mors naturalis, & Civilis.

3. Pœna.

Cauſæ obligationũ. 4
1. Contract. delictum & Quaſi. Delictum, eſt Publicum. & Privatum
1. Furtum.
2. Vi bon. rap
3. Damnum.
4. Injuria.

26. Cauſæ obligationum ſunt quatuor (1) Contractus verus. (2) Quaſi contractus. (3) Delictum. (4) Quaſi. §. *fin. Inſt. de obli.* Contractuum verorum nomina, retinent etiam actiones, quæ pro his, competunt. Quaſi Contractuum ſpecies una cum nominibus enumerantur. *Tit. Inſt. de obl. quæ ex quaſ. contr.* Delicta publica cum potiſſimum, ex inquiſitione puniantur. hic exponere ſupervacuum eſſe arbitror, Privata ſunt (4) Furtum Rapina, injuria, damnum *pr. Inſt. de obl. quæ ex del.* De (1) Furto nempe datur actio furti civilis *t. t. Inſt. ff. & C. de furt.* vel Criminalis *l.* 1. §. *fin. ff. de pœn.* Peinl. Halßgerichts Ordnung/ *Carol. V. Tit.* 157. von Dieben. (2) Vi bonorum raptorum tenetur quis ob rapinam *t. t. Inſt. ff. & C. vi. bon. rapt.* Peinlich Halßgerichts Ordnung/ *Carl. V. Tit.* 38. 39. Von verdacht der Räuber/ (3) Ex damno injuria dato competit. Actio l. Aquil. *pr. Inſt. de l. Aquil. l.* 1. *pr. ff. eod.* (4) Ob injuriam quoquomodo illatam competit. tàm civilis ad pœnã pecuniariam ab injuriato æſtimandam & ſalva taxatione à judice adjudicandam §. 7. *Inſt. de injur.* vel arbitrariam ex l. Cornelia *l.* 37. §. 1. *ff. de injur.* & ad Palinodiam ſive recantationem Cammergerichts Ordnung/ *p.* 2. *t.* 28. §. vnd ſonderlich ſetzen/ &c. quàm Criminalis ad pœnam fiſco applicandam *l. fin. ff. de injur.* Poteſt actor ſi magis conducat ex l. diffamari agere & diffamantem autorem facere *l.* 5. *C. de ingen. manum.*

III. Res ſive Quantitas. ubi. 4. conſid.

37. Conſtitutis ita rebus in obligationem deductis & enumeratis cauſis: Res ipſa ſive eius quantitas conſideranda venit quæ licet non in univerſalibus. *l.* 10. §. 7. *ff. de pet. hæred.* tamen in ſingularibus, ubi rei expreſſio requiritur §. 32. *Inſt. de act.* attendi maximè debet, quantatis vocabulum quatuor modos comprehendit. (1) Re (2) Tempore (3) loco (4) & cauſa plus petendi. Re Plus petitur, ſi quis 10. qui ſibi debentur 20. aut ſi 12: Cuius ex parte res eſt totam eam, vel ſi certa nummorum ſpecie promiſſa Müntz aliam meliorem, Reichsthal. petat. §. 33. *Inſt. de act.* Quemadmo-

1. Re.

admodum E. contrario minus re & non id quod debetur ſoluit, qui quid in certa nummorum ſpecie promiſſum, an harten ohne verſchlagenen/wol vnd wolwichtigen vnbeſchnittenen Reichsthalern: in alia vel etiam minutori moneta, vel in eadem quidem, ſed deteriorata, in bonitate intrinſeca diminuta vel nimis eupríficata, an Schrott vnd Korn/ oder an Korn vereingert/granaliret ſolvere cupit *Conſt. Imp. Frid. Anno* 1559. §. die jetzgemelten ꝛc. minus igitur quis ſoluit qui partem, vel per partes ſoluit. *l.* 41. §. 1. *ff. de uſur. l.* 5. *fam. Erciſ.* niſi vel (1) ita convenerit *d. l.* 41 *vel in l.* 40. *ff. de reb. cred.* (2) pars debiti ſit compenſata, *arg. l.* 11. *ff. de compenſ.* aut (3) actio ſit qua non ſemper ſolidum conſequimur, §. 36. §. 38. *Inſt. de act.* vel (4) altera pars liquida ſit altera inficietur *l.* 21. *ff. de reb. cred.*

38. (2) Tempore plus petitur ſi quis aliquid petit antequam debetur, ſic is qui tardius ſoluit, minus ſoluit cum dies ſit pars debiti §. 5. *Inſt. de fideicom.* Eadem ratione qui præmaturè petit, plus petere videtur §. 33. *Inſt. de act.* Sive ante diem *l.* 35. *ff. de ind.* ſive ante conditionem petat *l.* 54. *de V. S.* *2. Tempore.*

39. (3) Loco plus petitur: veluti cum quis id, quod certo loco dari ſibi quis ſtipulatus eſt, poſt moram (nam ante plus petit tempore) purè ſine commemoratione loci, in quo ſibi dari ſtipulatus eſt, alio loco petat, §. 33. *Inſt. de act.* Atq; ut hic plus petit, ſic minus ille ſolvit, qui in alio loco, ſi locus propter creditorem adjectus quam in quo conventum ſoluit, *d.* §. 33. *3. Loco.*

40. (4) Cauſa plus petit qui alternativè vel generaliter cum promiſſum ſit certum aliquod illorum, vel ex his petit. Unde ſi Generaliter promittatur Cadus vini. 100. floren. petitio generalis porrigi judici debet §. 34. *v. pen. Inſt. de act.* ſufficit hunc vel illum cadum vini dari & florenos ſolvi, obſervato tamen præſcripto, *in Conſt. Ferd. Imp. Anno* 1559. zu Augſpurg §. die jetzgemelte. *4. Cauſa.*

41. Hæc quam breviſſimè de Quantitate Quoniam vero in quibuſdam caſibus, non res ſed intereſſe, in certis etiam amplius quid debetur, Uſuræ nimirum & reditus, paucis de his quædam adjiciam, (1) Intereſſe eſt quantitas in compenſationem utilitatis, injuria alterius, vel mora per damnum emergens & lucrū ceſſans nobis Impeditæ vel ereptæ a judice æſtimanda vera contrahenti. *1. Intereſſe cuius utilitas triplex.*

hentibus æſtimata, adjudicanda officio judicis, *l.35. ff.rem.rat. haber.l.35.ff.ad l.Aquil.* Quæ utilitas tripliciter æſtimanda, (1) ſecundum quid communiter fungitur. (2) ſecundum quid in certa perſona, ſub certo reſpectu. (3) ſecundum conventionem contrahentium,& dicitur conventum proprio nomine pœna.

1. Cõmuni. 42. (1) Utilitas Prior æſtimatur vel ſecundum quod communiter fungitur, ut in *l. Aquil.* in ea enim ſolummodo damnum conſequimur, & amiſiſſe dicimur quod aut conſequi potuimus, aut erogare cogimur *d.l.35. pr.* & ſic ſolũmodo pretia rei quæ non ex utilitate ſingulorum vel affectione, ſed communiter funguntur *d.l.33. l.6.3.ff.ad l. Aquil.* Idem in corporibus defuncti,cum eorum ſola æſtimatio ſine reſpectu intereſſe conſideretur *l. 62. §. fin. ff. eod.* & hoc intereſſe commune a Dd: vocatur.

1. Affectionis. 43. (2) Secunda æſtimatur ſub certo reſpectu,vel in certa perſona valet,& cum hic, affectionem quandam creet ſingularem quod communiter æſtimata utilitas non facit: cum ſi quis amittat. Corp. jur. non lectum à domino & continuò eiuſdem bonitatis alium recuperare & ei reſtiture poſſit,in nihil hoc commoveatur dominus:maximè vero ſi tali carere cogatur, quod legit, mendis purgavit, annotationibus auxit, memoriæ ergo induxit, ideo ſingulare & affectionis dicitur.

3. Conventionis. 44. (3) Tertia æſtimatur, ſi inter contrahentes convenit, quod intereſſe conventum dicitur,& proprio nomine pœna: quæ tamen diverſa ab ea, quam dixi in obligationem ſuperius venire, cum nulla ſit de eo cuius nihil intereſt. *l.38.§.17. ff.de O.V.* hoc intereſſe petitur vi obligationis:Illa conventio judicis potiſſimum arbitrio. *t. t. ff.de eod.quod.cert.loc.dar.& t. de in lit. jur.*

2. Vſuræ debentur tripli. 45. Uſuræ quæ ſi moderatæ, maximè licitæ, etiam Jure Noviſs. *Conſt.Imp.de annis 1500. 1530. 1548.1577. Tit.17.* von Wucher vnd Wucherlichen *contracten &c.* debentur (1) vel ex pacto, (2) vel ſtipulatione, (3) vel mora.

1: Ex pacto. 40. (1) Debentur ex pacto, ut in Bonfid. contractu vel pactũm ab initio,vel in continenti adjectũ ſit *l.7.§.ff. de pact. l. 24. in fin.ff.de poſ.* In emptione *l.5. de pact. Inſt.de Empt.* locatione & aliis.

2. Ex ſtipulatione. 47. (2) Ex ſtipulatione:& tum in omnibus contractibus Str. Juris debẽtur *l.24.ff.de præſ.verb.l.11.l.12. ff.de uſur. l.1.3. C.eod.*

-i: 48.

48. (3) Ex mora *t.t.C.de uſur. rei. jud.* Reichs Abſcheid zu Speyer *Anno 1600.* ſo viel nuhn dieſen &c. Tum poſterius illud etiam in his obtinet, ut autem uſuræ ita competant, ne legitimum modum excędant requiritur. Uſuræ uſurarum non debentur *l.28. l.29.C.de uſur.* nec anatociſmum committere licet. Nec debentur ſi uſque ad duplum pervenerint. *Nov. 121. cap. 2. Nov. 138.* Verum hoc in probabili legitimarum uſurarum modo non attendi ſed quàm diu durat mutuum, vel emptio & venditio tàm diu præſtari uſuras & penſiones, etiamſi ad 100. vel 1000. annos duret obligatio inquit. *Frid.Mind.de mand.cap.73.n.21.* 3. *Ex mora.*

49. Pro Reditibus annuis proceſſus ſunt comparati executivi ſi ſpecies aliqua ſubſequentium probari queat, & ſolvendi ſunt, modo hæc tria obſerventur. ut (1) emptor pretium venditori det abſque ulla repetendi facultate (2) ut reditus juſtam quantitatem pretii non excedant, qui reditus *ex Carol. V. Ann. 1548* zu Augſpurg/ *Pol. Ord. ſub Tit.* von wücherlichen *contracten.* §. auff hundert. (3) ut poſsint à venditore pro libitu quandocunq; reſtituta ſorte, pretio redhibito, redimi relui caſſari & extingui *Gail. 2. obſ. 10. n. 6.* 3. *Reditus annui ubi tria obſ.*

50. Hæc de Debiti conſtitutione, ut vero fiat liquidum, requiruntur probationes. Ubi Dd. Regula ſervanda. Quod requiratur talis probatio, quæ ſi fieret parte præſente ſufficiens eſſet ad condemnandum, cum ſi negari poſsit jus actoris, efficiatur dubium, ideoque debitores ut negantes non debent armata vi terreri *l. 9. C. de O. & A.* *Certa probatio.*

51. Probatio liquida ſeu certa fides fit dupliciter (1) confeſsione (2) vel inſtrumentis. (1) Confeſsione, cum ſit manifeſta probatio. *c. 24. de V. S.* & notorium inducat. *c. fin. d. cohab. cler. & mul.* & in jure confeſsi certum pro judicatis habeantur *l.40 §.1.ff.de pact.* niſi errore ducti, & necdum finito negotio id corrigere velint *.c.fin.de confeſſ. l. 7. C. de jur. & fact. ignor.* 1. *confeſſione*

52. (2) Inſtrumenta quibus fit liquida probatio ſunt vel Publica vel Privata *l.11.C.q. pot. in pign.* Publica fiunt vel in judicio vel extra judicium. (1) In Judicio publicè apud acta, auctore judice, rebus apud eum geſtis, & ad officium ejus pertinentibus *l.fin.C.de re jud.* Hinc actis publicis, albis pictatis matriculis, & re- 2. *Inſtrumenta qua publica vel privata illa in judicio.*

 geſtris,

geſtris, ſive protocollis Imperii regni Reipublicæ, Eccleſiæ quæ in præſentia judicis ſcribuntur à Tabellione, vel Auctuario, vel alia judicii perſona: ſub publica actorum fide & auctoritate, vel ex archivo publico, vel Cancellaria, aut rationario libriſve principis alicuius: actor & reus tenentur obedire, ſic Inſtrumento mutui ſigillo principis, vel Epiſcopi, munito, plena habetur fides. *c. 9. de fid. Inſtrum.*

Extra judicium. 54. (2) Extra judicium quæ fiunt: ſunt quæ ab illis qui habent jurisdictionem ſive notionem voluntariis actibus, quas judices chartularios ſive notarios vocant; ſingulariter ad hoc requiſitis. *l. 25. ff. de procur.* Reichß Abſchidt. *Maxim. I.* Zu Cölln. *Anno* 1512. §. vnd nach dem. Confici int hæc inſtrumenta de omnibus actibus, & contractibus, tam inter vivos quam ultimæ voluntatis, præterquam de uſuris & delictis *l. 14. §. 3. C. de SS. Eccl.* ob metum falſi: non inſtrumentis, ſed teſtibus probari debent. *l. 5. §. 3. ff. de teſt.*

Privata. fiunt. vel 1. Solius ſcribentis cauſa. 2. vel. Alterius. vel Vtriuſque cauſa.

55. Privata Inſtrumenta ſive ſcripturæ, quas unuſquiſque etiam privatus ipſe conficit & conſcribit. *l. 11. C. qui pot. in pign. l. 5. C. de probat.* ut ſunt Chyrographum, Syngraphum, cautio, Epiſtolæ, rationum libri, mercatorum, & artificum fiunt. (1) vel ſolius ſcribentis, (2) vel alterius. (3) vel utriuſque cauſa. Quod ſolius ſcribentis cauſa fit, nihil probat cum nemo ſibi, pro lubitu debitorem conſtituere poſſit. Quod alterius cauſa fit, de eo quod quis accepit probat, contra eum qui accepit & fecit ſcripturam deſuper, *l. 26. ff. de poſ.* Quæ utriuſque gratia factæ, ut libri rationum quos faciunt Campſores, magiſtri, cenſus, Argentarii, Numularii, Fiſcalium præfecti plene probant *l. 9. §. 2. l. 10. ff. de Edend.* ideo & Executionem cauſant: & mercatorum de quorum libris ſciendum, ſi eos integræ opinionis, producens propria manu conconſcripſerit inque iis cauſa obligationis expreſſa, & non ſolum credita verum debita data & accepta contineantur, ſemiplenè ſolum probare, conſuetudine tam introductum, ut plene credatur *Gail. 2. obſ. 120. num.* 4. *&* 5. Hæc & de hoc membro liqui debiti ſufficiant.

Coroll.

COROLLARIVM.

I.

Q*Væ ratio*? *Quod juſt*. in l. 7. §. 1. C. de præſ. 30. vel 40. ann. l. 1. C. de ann. except. *quo ad hypothecariam actionem conſtituit, ut ſiquidem creditor agat, adverſus tertium & extraneum poſſeſſorem, 30. annis: ſeu contra debitorem ipſum heredemve ejus, non niſi 40. annis finiatur cùm jure civili conſtitutum ut omnes actiones tam reales quam perſonales 30. annorum præſcriptione extinguantur*. l. 3. C. de 30. vel 40. ann. præſc. *At abſurda & ſine effectu videtur. Si enim 30. ann. præſc. tollitur actio principalis, utiq; & acceſſoria hypothecaria, alias ſequeretur eſſe pignus ſine debito, acceſſorium ſine principali conſiſtere, eum qui exceptione perpetua tutus eſt, licet legitimè opponat, condemnari poſſe.*

II.

Quæ ratio? quod quoad inſtitutionem filii in nummo plus operetur, quam legatum 1000. *marcarum.*

III.

Quæ ratio? Quod plures cauſæ admiſſæ, in filiis quam parentibus, exhæredationis.

IV.

Quæ ratio? reſcripti in §. iidem Inſtit. de excuſ. tut. *quod maritus ſe poſſit excuſare, cum ne ſi velit curator eſſe poſſit, imo ſub pœna infamiæ prohibetur* l. 4. 17. C. de excuſ.

V.

Advocatus die feriato ſuis clientelis patrocinium præbere poteſt. Quia ſapit naturam defenſionis quæ omni die & loco conceſſa eſt. l. 18. §. 9. ff. de quæſt. l. 4. §. fin. ff. de requir. reis.

VI.

Repreſſaliæ jure Div. Ezech. 18. v. 4. *Nat. & Gent.* l. 10.

l. 10. 155. ff. de reg. jur. *l. Caſar.* l. un. C. ut. null. ex vic. *l. Can.* c. un. extr. de injur. in 6. Imper. conſt. & receſſ. in conciliis Spir. Anno 1570. *prohibita: at paſſum, contra verum debitorem actione experiri poſſe, Dd. concludunt, ſed nullam ei competere puto.*

VII.

Licet quandoque Principi reum capere & incognitâ judicibus cauſa necare Plutarch. in vit. Ageſilai Thuan. lib. 39. hiſtor. pag. m. 241. edit. germ.

DEO SIT LAUS ET GLORIA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE